cies doctum; Unum genus est quod uerbo docet; Aliud quod exemplo;
Libera me de sanguinibus deus deus salutis meę. id est de omnibus peccatis
meis. Deus deus salutis meę. a quo salutem expecto; Exultabit id est excelsa
prędicabit. Lingua mea iustitiam tuam; iustitia dei est ut peccatores pecca
ta sua confitentes exaudiat. De sanguinibus contra regulam grama
ticę artis posuit quoniam sanguines pluraliter dicere non per
mittit; Sed maluit regulam gramaticę artis infringere quam
id exprimere quod uolebat; Neque enim se ab uno tantum peccato
liberare posceret. Sed ab omnibus; Et exaltabit lingua mea iusti
tiam tuam; Cum ueniam implorat misericordiam potius laudare
debet quam iustitiam. Sed iustitia in utroque est; Sicut enim
iustum est ut iniqui et inpenitentes damnentur. ita equum creditur ut
poenitentibus parcatur; Recte ergo david hanc exaltat iustitiam
quę sibi poenitenti concedat ueniam. Domine labia mea aperies;
Ut nec cogitare nec loqui quicquam bonum ualemus. Nisi tua gratia
preueniamur; Ideo tu labia mea aperi et resolue. ut te possim
laudare; Et os meum id est intellectus annuntiabit laudem clementiam
id est quod me gubernas; Quoniam si uoluisses sacrificium. scilicet pecudum
dedissem; Eo tempore quo david hec loquebatur sacrificium lega
leungebat; sed prouidebat iam in spiritu illa sacrificia ad nihilum
rediebat; Holocaustis non delectaberis id est sacrificiis carna
libus. Sacrificium deo spiritus contribulatus. id est afflictus et hu
miliatus; Benigne fac domine in bona uoluntate tua sion; sion significat
ecclesia quę per contemplationem deum mentis uidetur. id est electos et iustos
homines. Et ędificentur muri ierusalem. Per muros ierusalem signifi
cantur uirtutes presentis ecclesię. id est sanctorum hominum id est caritas humilitas
et reliqua; Tunc acceptabis sacrificium iustitię; oblationes